

Feria sexta post Letare

Infirmi venit. Quidā infirmātur in capite p sup
biā r̄c. Ido venit christ⁹ medic⁹ de studio pa
radisi ad visitandū. practicādū. ad sanandū ani
mas infirmas. Hanc visitationē petebat dauid
dicens. Nēmēto nři dñe i beneplacito pli tui
visita nos i salutari tuo. p. cx viij. De ista p̄t di
ci thema de p̄nti. deus visitat plebem suā. Ter
tia visitatio erit de iusticia rigorosa. s. in die iudi
cij. ad instar regi q̄ venit ad visitandū plm suuz
in ciuitatē inordinatā rebellez cuz magno exerci
tu gentiū armoz ad exaltandū bonos ⁊ ad hu
miliandū ⁊ puniendū malos. de ista visitatiōe
dicit pphā. in die illa visitabit dñs i gladio suo
duro grandi ⁊ forti. Isa. xx vij. Nota in die illa
scz iudicij v̄lis visitabit dñs in gladio suo quez
portauit nō in manu s̄ in ore ip̄i. pcedebat gla
dius ab vtraq̄ pte acutus vt in ipo pcutiat gen
tes Apoc. xix. Nota ex vtraq̄ pte acutus. quia
scindet corpus ⁊ aiaz. modo qn̄ homo moris in
iudicio piculari solum perdit animā. Sz tūc scin
der vtranḡ partē homis tam animā q̄ corpus.
Ad dextrā scindet quādō dabit sententiā pbo
nis di. venite r̄c. Matt. xxv. ad sinistram qn̄
dicet mal. discedite r̄c. Ncta in gladio suo q̄tū
ad sententiā malorū. grandi q̄tū ad sententiā
bonorū. ⁊ forti q̄tū ad durationē glorie siue
pene vel duro cōtra scz iudeos qui habēt p̄be
tias ⁊ non credunt. ⁊ grandi scz cōtra agarenos
qui sunt in magna multitudine. ⁊ forti cōtra ma
los xpianos. De ista visitatiōe potest dici de fu
turo. Deus visitabit.

Feria sexta post Letare.

Voce magna cla
mauit Lazare veni foras. Iohis. xj.
Hodie legitur euangeliū de suscitati
onē lazari a xp̄o facta. de hoc erit pmo noster.
Sz pmo salutez xpo maria r̄c. Voce magna r̄c
Sctm euāgeliuz hodiernū breniter p̄tinet tres
causas mirabiles de suscitatōne lazari. Prima
causa hūanitus retractiua. scda causa meritalis
inductiua. tertia causa pncipaliter effectiua. Et
de ista tertia dicit thema. voce magna clamauit
scz l̄hs. impando di. lazare veni foras. pma cau
sa hūanitus retractiua ne scz xps faceret ista su
scitationē lazari fuit timor apostolor̄ q̄ timebat
ne lapidarēt in hierusalē ⁊ dissuadebat christo
ne iret bethaniā vbi lazarus erat mortu⁹ que est
ppē hierusalem. dic quomodo terra pmissionis
erat diuisa i tres puincias scz in puincia iudee
galilee ⁊ samarie. ⁊ i puincia iudee christus ha
bebait multos inimicos ⁊ multocēs voluerunt
euz interficere. eo q̄ reprehendebat peccata nota
ria ⁊ vicia phariseorū ⁊ pncipum sacerdotuz. et
quādō pbabat suam diuinitatē. Sz q̄ nōdū ve
nerat hora passionis siue nec erat tali morte mo
riturus. Ideo recessit de puincia iudee ⁊ venit

ad puinciam galilee vbl diligebat. Et interim
lazarus obiit i puincia iudee. pp̄ter qđ dīc ch̄st
stus apostolis. Eam iterum in iudeaz. de quo
apostoli timētes dixerūt ch̄sto. Rabbi nūcius
dei q̄rebāt lapidare ⁊ itez vadis illuc. Ecce h̄
causa humanit⁹ retractiua sed indirecte. q̄ hu
manū est timere mortē carnalē. Tūc christus di
xit eis quomodo lazarus eoz amicus erat mor
tus. ideo volebat illucire. Et cōtra timorē illo
rum dixit eis. nōne duodecim hore sūt diei. si di
cat. ⁊ quomodo hoc ē ad pposituz. dico q̄ mul
tum bene. ⁊ fm quattuo: intellect⁹ sacre scriptu
re. pmo fm intellect⁹ litteratē quādō dixit ch̄st
stus istyaba. erat equinoctiū vernale. quia fuit
passus. xxv. march. ⁊ tadez die fuerat concept⁹
xxv. die ante suaz passionē ch̄st⁹ dixit ista ver
ba. Nōne. xij. r̄c. ⁊ tūc ad l̄raz dies habebat. xij
horas. q̄si velllet dicere xps apostolis. vos debe
tis cogitare q̄ rancor siue mala voluntas iude
orum contra me iam est mutata. q̄ sicut dies et
tempus mutantur de hora in horā. ita etiā cor ho
minis mutat. quādō ergo iam trāfuerūt nō so
lum. xij. hore sed plures dies. ideo r̄c. hoc dixit
xps reprehendendo malā opinionē quā habebat
de iudeis. quoniam de p̄ximo semp debet homo
psumere in meliorē p̄tem. iuxta illud Luc. vi
Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini. Scda expo
sitio. nonne duodecim hore r̄c. est allegoricalis
qn̄ dictū ⁊ factū exponit de hoc q̄ debet homo
credere. fm istaz expositionē xps dicitur dies.
Nota quoniam sicut mane ⁊ vespere faciūt vna
diem. iuxta illud Gen. i. Factum ē vespere ⁊ ma
ne dies vnu. sic deus ⁊ homo faciunt vnam p
sonam xpi. mane qđ est pncipium. sicut etiā diu
nitas est pncipium omniū rerū. Ego sum pnci
pium qui loquor vobis. Ioh. viij. christus aut
vespere ⁊ finis omniū fuit inc̄ptum homo. Qm
deus fecit pma die lumen. secūda firmamentū
tertia planetas. quarta solem et stellas. quinta
aues pisces et iumenta. sexta fecit hominem.
Quando ergo filius dei recepit humanitatem
tunc factum est vespere ⁊ mane dies vnu. id ē
deus et homo fact⁹ est vna psona. vnde cantat
ecclia. Qui mane iunctū vespere diem vocari p
cipis. De isto die dicebat dauid deo patri. Or
dinatione tua pseuerāt dies. hec dies habet. xij
horas scz apostolos. Luc. vij. Cum dies factus
esset scz christus. vocavit discipulos suos ⁊ ele
git duodecim ex ip̄is quos apostolos noiauit.
hora pma fuit scz petrus. ⁊ sic de alijs vt ibidez
patet in textu. Quādō ergo dixit. nōne duode
cim hore. id ē. duodecim apostoli sūt diei. id ē
ch̄sti. quasi diceret. Sicut hore non dimittunt
diem naturalē. nec dies horas. in hore sequunt
ur diem inseparabiliter. sic nec vos debet me di
mittere nec ego vos qn̄ vos defendam. sicut se
cūt i nocte passionis quādō dixit iudeis. Si me

Bermon

queritis finire hos abire. **Joh.** xviiij. **E**cce dies id est. **xps** quomodo defendit horas. ideo dixit patri. pater quos dedisti mihi non perdidis ex eis quenq; **Joh.** xviiij. **T**ertia expositio est tropologica. id est. moralis. **H**m istam expositionem dies clara est penitentia. ratio. quia sicut culpa dicit nos obscura. ita gratia ad quam venit homo per penitentiam dicit dies. de hoc autoritas. **N**ox precessit dies autem appropinquit. **Roma.** xiiij. hec dies habet duodecim horas scz duodecim opera penitentia. **P**ma hora est peccatorum cognitio quasi hora pma. qz tunc incipit claritas diei. et gentes se mutuo cognoscunt. sic in peccatorum cognitione homo seipm cognoscit. scda est cordis contritio. **T**ertia emendandi ppositio. quarta occasio visitatio. quinta oris confessio. sexta corporis afflictio. septima spiritualis oratio. octaua elemosynarum largitio. nona debitorum restitutio. decima iniuriarum remissio. undecima fame repatio. duodecima eucharistie communio. **D**e ista ergo die et horis dixit **xps** aplis in euangelio. nonne. xij. hore sunt in die scz penitentie qz vos tenetis. seruatis et faciatis. **I**deo non optet vos timere de morte. quare subdit. **S**i qz ambulauerit in die non offendit. quia lucem mundi videt. **S**i autem ambulauerit in nocte offendit. qz lux scz geno est in eo zc. **Q**uarta expositio est anagogicalis ab ana qd est sursum. et goge ductio. quasi sursus ductio. quado dictu vel factu exponit de sperando. **E**t hm istam expositionem dies clara est gloria celestis. **R**atio. qz ibi non est nox. nec tenebre. nec obscuritas ignorantie. imo qn anima intrat paradisu statim deus ostendit sibi vnu librum in quo clare scit et videt omnia. hic liber vite est xps qui habet duas cartas scz diuinitatis et humilitatis. de isto die glorie autoritas in ps. **A**bel est dies vna in atris tuis sup milia. ex quo sequitur talis conclusio q nullus sanctus potest stare in paradiiso nisi per unam diem. **H**ec vita nostra habet multos dies propter interpretationem noctis. **S**in paradiiso nulla est nox sed sp est dies clarissima il lumiata sole iusticie. hec dies habet duodecim horas. id est. xij. beatitudines scz quatuor aie. et quatuor corporis. et quatuor copiositi. prima beatitudo aie est sapientia diuina. scda scientia creaturarum. ter tertia memoria pteritorum. qrtta leticia universorum pma beatitudo corporis est impossibilitas. scda claritas. tertia subtilitas. qrtta agilitas. **P**rima beatitudo cōpositi siue vite beate est concordia generalis. **S**cda abundatia vltis. **T**ertia plena societas. **Q**uarta certa perpetuitas. **E**rit dies vna q non est dno. **Zach.** xiiij. vel si vis iuxta secundam expositiouem allegoricam: dic qz dies clara est fides catholica: quado est sine errore. dubitatio. et falsa opinione. de quo aplis **Roma.** xiiij. nox prescit. s. erroris tenebrarum et falsarum opinionum. dies autem appropinquit scz fidei catholice. hec dies ha-

bet. xij. horas scz. xij. articulos fidet. s in numeris xij. apostolorum q omnes sunt in credo in deum. **P**rima hora est de mundi creatione. ibi. credo in deum patrem omnipotentem zc. **I**stam horam nescierunt pbi q posuerunt mundum ab eterno. **S**cda de filio dei eterna generatione. ibi. et in ihm xpm filium eius unicum dominum nostrum. q generatus a patre ut radius a sole zc. **T**ertia de filio dei incarnatione. ibi. qui conceptus est de spiritu sancto. natus ex maria virginine. ad instar radium solis per fenestras vitreas transiens quam non rumpit. **Q**uarta de xpi passione. ibi. passus sub potio pylato crucifixus mortuus et sepultus. ne aliqui sibi credentes et obedientes paterentur in furca inferni. **Q**uiuta de sanctorum patrum liberatione. ibi. **D**escendit ad inferos. s. ad liberandum sanctos patres. **S**exta de xpi resurrectione. ibi. tertia die resurrexit a mortuis. **S**eptima de ei mirabili ascensione. ibi. **A**scendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. **O**ctaua de ei ad iudicium aduentum. ibi. **I**nde ventur est iudicare viuos et mortuos. id est bonos et malos. **I**nde ventur scz de dextera dei patris. **N**ona est spiritus sancti spiratione qui procedit a patre et filio. sicut calor a sole et radio. ibi. credo in spiritum sanctum. **D**ecima de universalis ecclesie autoritate quam optet credere. qz ecclia universalis errare non potest in his qz fidei sunt dicente xpo petro. **E**go rogaui pro te petre ut non deficiet fides tua **Luc.** xxij. **H**oc non dixit xps petro inquit erat persona particularis sed inquit erat papa persona cois. ibi. **C**redo in sanctam eccliam catholicam. id est. universaliter. **U**ndecima est de sacramentorum sanctificatione qbus sacra mentis aia sacrificat. ibi. sanctorum scz sacramentorum communione remissionem peccatorum. **D**uodecima est de universalis oiuoz resurrectione. ibi. **L**aris resurrectione et vita eterna Amem. **Q**uoniam ergo xps dicit aplis. nonne. xij. hore sunt diei. quasi diceret. Quid timeritis vos mortem tempore cum sintis fortes in fide. secus de illis q moriuntur sine fide et in errore. id est dicit xps. qui ambulat in die scz fidei. non offendit scz cadendo in infernum. Ecce quomodo fuit remedium contra causam retractuum. **H**etur hoibus consiliorum q dicant quolibet die credo. et vosmetipos temptate si estis in fide spz vos probate. **Cor.** vlt. **S**cda causa fuit mortalitas et induitua. hec fuit charitas siue dilectio quam christus habebat ad lazaru discipulum suum et ad mariam et martham sorores eius. et ecouerso ipso traxerunt eum ad instar candele fumantis que trahit ad se lumen alterius candele propinquum et hoc naturaliter qz corda eorum erant ut lucerna fumans. **I**deo traxit illud lumen de quo Joh. s. **E**rat lux vera illuminans. omnem hominem. ve. i. huc mundum zc. **E**cce hec causa induitua de q euage. sic dicit. venit itaque ihes in bethania et inuenit eum illum. dies iam in monumento habetem. vscz et turbavit seipm et infremuit spu. sicut factum hoies.

Uz

p 4 ho

22

72

7

61

3

10

9

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

Feria sexta post Letare

Et turbauit se sc̄z ostendendo tristiciaz in facie et
 fleuit non solum ex cōpassione marie et marthe
 sed etiam ex suscitatione īpius lazari quez edu-
 cturus erat de statu peccabilitatis in quo erat.
 ad statum peccabilitatis. **Quoniā** in xp̄i passio-
 ne etiam peccauit. qz perdidit fidem de xp̄o. **E**c-
 ce causa induciva q̄ dicit meritalis; qz dilectio
 lazari et sororū eius ad christum erat meritoria.
Moraliter. **N**otandum est h̄ q̄ in istis xp̄bis cuz
 dicit. diligebat iesus marthā et sororem eius et
 lazarū. insinuaſ q̄ tria genera psonarū diligun-
 tur a christo et istas significata. primo personas
 pure cōtinentes. secūdo psonas digne peniten-
 tes. tertio personas iuste p̄sidentes. **P**rimo ch̄i-
 stus diligit personas pure cōtinentes qd̄ ostēdi-
 tur ibi. diligebat iesus martham que semp fuit
 x̄go pura et continens. **H**ūt tamen hic notandi
 tres gradus cōtinentie. **P**rimus ē cōiugalis q̄
 est inter virum et uxorem huantes modū et fide-
 litatem sibi inuicem. **I**do dicit paulus honora-
 bile cōubium in omnib⁹. s. seruando modū. et
 thorū imaculatus sc̄z seruando fidem. fornica-
 tores enī et adultores iudicabit domin⁹. **H**eb.
 vlf. **S**ecūdus gradus est cōtinentie viduālis et
 iste ē melior quādo cauet vidua ab illo actu. qz
 deus non vult nisi inter virū et uxorem. vñ apo-
 stolus. **H**ec est voluntas dei sanctificatio vestra
 vt abstineatis vos a fornicatiōe. **H** Timot. iiiij.
Tertius gradus est puritas x̄ginalis que ē me-
 lior; alijs qui est nūq̄ sensisse illud op̄ nec corde
 desiderando. nec ore loquendo. nec opere tāgē/
 do r̄c. **E**t in isto gradu erat martha. ideo tm̄ di-
 ligebat a christo. **D**ea. **B**ona ē castitas cōiugalis. melior vidu-
 alis. sed optima puritas x̄ginalis. **S**ecūdo do-
 minus diligit psonas penitentes qd̄ ostenditur
 ibi. diligebat iesus mariā magdalenaſ que fuit
 penitens quā domin⁹ xp̄s dilexit magis post pe-
 nitentiā q̄ ante iuxta parabolā. **L**uc. xv. **Q**uis
 ex vobis habet centum oues et pdiderit vñā ex
 illis. nōne dimittit nonagintanouē in deserto et
 vadit ad illam que perierat donec inueniat eaz.
Et cū inuenierit imponit in humeros suos gau-
 dens et veniens domū conuocat amicos et vici-
 nos suos dicēs illis. **L**ogratiolumini mibi qz in-
 ueni ouem meam quaz pdiderā. dico vobis ita
 erit gaudiū sup vno peccatore penitentiā agente
 r̄c. **N**ota imposuit humeris et hoc quādo in hu-
 meris portabat crucē tunc factus ē p̄ncipat⁹ ei⁹
 sup humerū eius. **E**sa. ix. **T**ertiio diligit deus p-
 sonas iuste p̄sidentes qd̄ ostendit ibi diligebat
 ih̄s lazaru q̄ fuit p̄sidens et domin⁹. **H**ij. p̄tis ciui-
 tatis hierusalē dic quomodo domini et plati di-
 ligunt a domino quādo intrant per portaz. **S**e
 cūdo viuū honeste postq̄ sunt intus et curant
 plus de animab⁹ q̄ de redditib⁹. **T**ertiio quan-
 do diuidū redditus i tres ptes. p se. p familia

et p egenis. tales sunt iuste p̄sidentes. secūdū il-
 lis qui non intrant p̄ portam sed saltant p̄ rap-
 nam vel symoniā. domini autē temporales solum
 p̄cipiendo iusticiam et elemosynā possunt salua-
 ri. quoniā in iudicio non q̄ret christ⁹ a dominis
 temporibus. si dixerūt horas si ieuinauerūt **H**z
 q̄ret ab eis si fecerunt iusticiā de criminosis. **S**i
 cōseruauerūt populū i pace. **S**i correxerūt pec-
 cata notoria. **H**z multis dominis accidit vt ful-
 to qui cooptuit se de scuto non tamen ab illa pte
 vnde sagittabat sed ab alia. **B**ic multi dominis
 ponūt scutūz deuotionis sibi sed non in illa pte
 vnde veniūt sagitte rephēsionis. **Q**ui dicit bo-
 ras audiunt missas multas. sed non curāt deiu-
 sticia et pace. nec de correctione peccatorū a chri-
 sto: cu tamē sint de hoc rephensiui. **D**e dilectio-
 ne ad bonos dominos. autoritas. **L**or meuz di-
 ligit p̄ncipes. **J**udiç. v. **T**ertia causa suscitatio-
 nis lazari p̄ncipaliter effectua fuit xp̄i potestas
 et autoritas eius p̄ceptum et impiez. de quo the-
 ma. voce maḡ clamauit. lazare veni foras. **B**ic
 historiam euāgelij ab illo. iesus venit ad monu-
 mentū quod erat spelūca et lapis supposit⁹ erat
 et. vsc̄ ad finē. **I**n hac suscitatione lazari chri-
 stus seruabat sibi qnq̄ ceremonias. **P**rima fuit
 quādo fecit aperire sepulcrū dicens. tollite lapi-
 dem. **L**ui dixit martha. domine iam fetet qdri-
 duanus est. totaliter scaturisat d̄ vermbus. ad
 quam christus dixit. **N**ōne dixi tibi. si credide-
 ris videbis mirabilia dei. **S**ecunda ceremonia
 quādo ih̄s eleuauit oculos versus celuz et dixit
 pater gratias ago tibi quoniam audisti me. **E**go
 autez sciebam quia semp me audis. sed propter
 populū qui circūstat dixi vt credāt. quia tu me
 misisti. in q̄tūm homo est minor patre. ideo ora-
 bat. quia in q̄tūm deus non oportebat. **T**ertia
 ceremonia q̄ voce magna clamauit **L**azare ve-
 ni foras. et nō loquebatur corpori corrupto. qz
 nihil audiebat. sed loquebatur anime in limbo
 sanctorū patrū existenti vt credis. quia sanctus
 homo erat. et statim prodij foras. **Q**uarta ceri-
 monia quādo dixit. soluite euz. quia' erat ligar
 institis in manib⁹ et pedibus fin morem iudeoz
Quinta ceremonia dum dixit. sinite cum abire.
 multi ergo ex iudeis qui viderant que fecit ih̄s
 crediderunt i eum. qdam autem ex ip̄s abierūt
 ad phariseos et dixerunt eis q̄ fecit iesus. **M**oraliter
 in his qnq̄ ceremonijs ostendit christus
 qualiter suscitandus est peccator d̄ morte culpe
 ad vitam gratie per penitentiā. primo monumē-
 tum debet aperiri. ibi. tollite lapidem r̄c. **I**n sa-
 cra scriptura corpus peccatoris dicit eē mou-
 mentū. **R**atio. quia ad extra est pulchrū et depi-
 ctum ad instar monumenti. sed ad intra ē turpe
 et fetidum et plenum corruptione in q̄ iacet mor-
 tua anima. ideo dicit christ⁹ peccatorib⁹. ve vo-
 bis qui similes estis sepulcris dealbat q̄ a foris

Bermon

apparent hominibus speciosa. intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia. **M**atth. xxiiij. **D**icit primo de religiosis qui ad extra portant habitus honestatis. sed intus pleni sunt omni dolo. **I**dem de presbyteris ad extra portant super pellicium albū sed intra est corruptibilitas. **I**de de laicis tam viris quam mulieribus. **P**rimū ergo quod est faciendū si mortuus scilicet spūs debet suscari est aperire sepulcrū quod sit in oris cōfessione scilicet tollere lapidem magnum et durū et verecundie. **E** quo sunt qui nolunt istum lapidez amō uere. nec sepulcrū aperire ad clare ostendū peccata. sed volunt palliare peccata ut mulieres. **I**psa plures damnant ex hoc. **E**cce quare christus dixit. tollite lapidem. **R**espōdit martha. domine fetet. quadriduanus est. id ē. peccauit cogitatione. locutione. opere. et obmissione. et tantū exhibat fetor quod omnes claudebāt sibi nasum nisi christus qui stabat ac si nihil sentiret. i quo instruitur cōfessores quod quando audiunt peccata fetida et grauia non ostendant fastidium. nec expuendo. nec suspirando ne peccator verecundet et non audeat dicere peccata dicēdo. quod faceret si dice rem aliqua peccata maiora sed debet audire patienter et cogire faciem. et ipsi animare ut dicat peccata et non verecundet. **I**deo dicit scriptura cōfessori. **D**eut. xxiiij. Non abominaberis idūmū. id est. peccatorē sanguinolētū. quia frater tuus est. nec egyptium. id est. peccatorem tenet. quia fuit peccator. **I**deo apostolus. **H**abemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. **R**oma. xv. Et de illis qui ostentur peccata eorum clare potest dici illud. sepulcrum patens est guttur eorum. ps. v. **S**ecunda cōfessione fuit quando christus post actionem sepulcri oravit. in quo ostendit quod facta cōfessione cōfessor debet orare dicendo. **M**isereat tui omnipotēs deus tecum. absolutionē tecum. **D**ominus ihesu christus tecum. et sic cor peccatoris disponitur ad contritionem et ad bonum ppositum abstinentia a peccatis. **I**ac. v. **C**onfitemini alterutrum peccata vestra scilicet laici presbyteris et orate pro invicem ut salvemini. **T**ertio christus clamauit voce magna lazare veni foras. extra monumētū quātū ad corpus. et extra infernum quātū ad animā. **S**ic peccator ad vocem cōfessoris penitentiā iniungentis debet exire foras extra dimittēdo peccata. quia al's non est absoluēdus. et anima exit extra infernum cui obligabatur per culpam si seruat penitentiā al's non. **V**nde **L**uī. xiij. dico vobis nisi penitentiā habueritis omnes simul peribitis. **Q**uarta cōfessione christus dixit. soluite eū hec solutio fit a cōfessore quando absoluit peccatorem dicēdo autoritate domini nostri ihesu christi. et nobis cōmissa ego te absoluo tecum. vnde de hac solutione dicitur cōfessoribꝫ. **Q**uodcumque solueritis super terram scilicet vos cōfessores. erit solu-

tum et in celis. et quodcumque ligaueritis super terram erit ligatum et in celis. **M**atth. xvij. hec ligatio est iniunctio penitentie. **Q**uinta cōfessione. Sinite eum abiisse. scilicet si penitens non potest portare magnam penitentiam date ei paruam. quia melius est cu[m] parua penitentia remittere ad purgatoriū quam cum magna ad infernum. et hoc dicitur contra illos cōfessores. qui nimis magnam penitentiā iniungunt. de quibus dicitur **M**atth. xxiiij. alligant onera grauia et importabilia humeris hominū. potest etiam aliter intellegi sic. **M**ulti sunt soluti a cōfessore et a vinculis peccatorum qui non sinunt abiisse ut compleuant penitentiā. quia vir impedit uxorem et conuerso socius socium. et pater filium. et conuerso nullus debet impedire penitentiā alterius nisi forte esset preiudicativa quibus dixit christus: ve qui clauditis regnum celorum ante homines vos non intratis nec introcūtes finitis intrare. **M**atth. xxiiij.

Subbato post **L**etare.

Nono apprehendit eu[m]. quia nondū venerat hora eius. **J**oh. viij. **S**anctū euangeliū hodie numerum continet ynam magnam disputationē quā habuit christus cum iudeis in qua christus posuit veram cōclusionē. **C**ōtra quā iudei arguit per contradictionē. replicant per inuasionē volentes christū capere. **G**o dicit thema quod nemo apprehendit eum et cōtra dico primo quod in dicta disputatione christus posuit vera cōclusionē dicēs coram populo. **E**go sum lux mundi qui sequit me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. **H**ec cōclusio habet tres partes. **F**īm quod christus in dicta cōclusione ponit tres excellentias legis euāgelice supra legēz mosaycam. scilicet in generalitate. in claritate. et in utilitate. **P**rima ex cellentia legis euāgelice est in generalitate sive vniuersalitate. **Q**uoniā lex moysi particularis fuit. quia soluz fuit data particulari et certo populo scilicet israel. quia alie gentes mūdi non obligabantur ad dictam legem nec peccabant non seruādo illam legem. **R**atio. quia illa lex fuit solū data in populo ex quo deus promisit abrae ysaac et iacob quod messias in quātū homo descendēret ab eis. et ergo illam generationē voluit priuilegiare. ordinare. instruere. et informare. **I**deo dedit eis p̄cepta cōfessionalia ut essent bene ordinati erga p̄imū. et iudicialia et moralia ut cōnt bene dispositi erga deū et seipso. **I**deo dāuid dicit. Qui annūciat verbū suum iacob iusticias et iudicia sua israel. nota vobis illud de quo **J**oh. i. **V**erbum caro factum est. et iusticias et iudicia sua israel scilicet populo iudaico. **N**on fecit taliter omni nationi et iudicia sua nō manifestauit eis. alijs scilicet a iudeis. ps. cxvij. **E**cce h[oc] p̄icularitas